Quelle:
Copyright:

„cii sermonum, hunc tamen in codice Vindobonensi non videtur reperisse.

18. Fol: 116a–123a

Sermones tres de animabus defunctorum.

Sermones tres de animabus defunctorum. Primus incipit: „Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Ephes: V. Hieronimus in quadam epistola volens offendere. Alterius initium est. Memorare novissima tua &c. Memorare scilicet mortem.“ Tertii denique: „Miseremini mei &c: Dignum quod cum purgandis debemus facere misericordiam.“

19. Fol: 123a–236b

Wilhelmi Lugdunensis summa vitiorum.

Wilhelmi Lugdunensis summa vitiorum quae incipit: „Dicturi de singulis vitiis.“ Calci adscriptus est annus MCCCC 23 sabbato ante festum sancti Thomae apostoli. De hac summa jam diximus in Cod: LIX. etc: Sed in praesenti maxime completa videtur contineri.

20. Fol: 237a–271a

Socci sermones de assumptione B: V: M:

Socci sermones de assumptione B: V: M: Rubrica praemittitur: „Sermones magistri Socci de assumpt: M: Virginis.“ Sunt numero decem i: excepto octavo, qui est cujusdam fratris N: de quo mox plura: quorum primo incipit: „Surge domine in requiem tuam &c: De archa ista sanctificationis.“ Vide Cod: CVII. num 1. ubi de Socci sermonibus.